

**I**ncepit tractatulus de duobus se inuisem amantibus compo-  
nitus per dñm Eneam Siluium poetam: Imperialeq; Secreta-  
rium: qui tandem ad summi apostolat? apicē assumptus: pius  
papa Secundus vocatus est.

**M**agnifico et generoso militi dño Gaspari Slyck: dño Alo-  
uisi castri: Cesareo cancellario: ac terrarum Egee Cubitiq;  
capitaneo: domino suo precipuo. Eneas Silvius poeta:  
Imperialisq; Secretarius. S.p.d. Marianus Sozinus Senen-  
sis conterraneus meus viri tum miri ingenij tum litterarum mul-  
tarum: cuius adhuc similem visurus ne sim h̄ereo: duos amates  
ut sibi describerem rogatum me his diebus effecit. Nec referre  
dicit: rem veram agerem, an more poetico fingerem. Nescis qui  
vir fiet: mirabere si tibi hominem expendam. Nihil ei preter for-  
mam natura inuidet. Homuncio est. Nasci ex mea familia debu-  
it: cui paruorum hominum est cognomen. Cir est eloquēs: iuris  
vtriusq; consultus. Historias omnes nouit. Poetice peritus est.  
Carmen facit et Latinum et Luscum. Philosophie tam scius q̄  
Plato. Geometer Boetius. In numeris Macrobius similis. Aul-  
ium instrumentum ignorat musicum. Agriculturam quasi Cir-  
gilius nouit. Nihil de cūile ignotum viro: dum iuuenili adhuc sta-  
bant in corpore vires. Alter Eutellus erat luctandi magister: non  
cursu: non saltu: non cestu poterat superari. Pretiosiora sunt in-  
terdum parui corporis vascula: ut gemme lapilliq; testantur.  
Nec ab re fuerit illud in hunc referri: quod de Thibido scribit  
Statius: Maior in exiguo regnabat corpore virtus. Dij formam  
huic homini et immortalitatem si dedissent: is etiam erat deus;  
Sed nemo sortitus est omnia. Inter mortales nullum adhuc  
noui cui pauciora q̄ huic defuerint. Quid: q̄ minutissima etiam  
didicit. Quasi alter Apolles sic pingit. Nihil emendatius est: ni-  
bil lucidius: q̄ sua manu scripti codices. Sculpsit ut Præteles  
Nec medicinę ignarus est. Adde virtutes morales que alias re-  
guunt ducuntq;. Noui meis diebus plerosq; studijs litterarum.

deditos disciplinis: qui admodum abundabat: sed hi nibil ciuitatis habebant: nec rem publicam neque domesticam regere norant. Stupuit paglarenis: et furti villicum accusavit: qui suem fetam vnde decim porcellos: asinam ruminum duntarat enim eam pullum retulerat. Bomicius Mediolanensis grauidulse putauit: diuque partum verius est: quia se vrore ascendit. Hi tamen iuris maximum lumen habiti sunt. In aliis preterea vel fastu vel avaritiam inuenies. Hic perlungus beralis est. Plena illi semper domus est honestis hospitibus. nulli aduersus est. pupillos tueretur. egros solat. pauperibus subuenit. viduas iuuat. nulli indigentia deest. vultus eius quasi Socratus semper est idem. in aduersis fortis animus prebet. nulla fortuna inflatur. versutias non ut exerceat. sed ut caueat. quasi liber nouit. Cuiuslibet dilectus est. peregrinis amatus. nulli odiosus est. nulli grauis. At homo tantorum virtutum: cur nunc rem leuiuscum laetatur. non scio. Illud scio: nihil me illi negare possum. Eum namque dum sensis esset vnicce dilexi: nec diminutus est amor: quis separari potest. Is quoque dum esset ceteris naturae dotibus preditus: tamen hoc maxime dono pollebat: ut nullius erga se sterile esse amore sine retineat. Huius ergo rogatus non censi responderemus: scriptaque duorum amantium casus: nec finiri. Res acta sensis est: dum Sigismundus Imperator illic degeret. Tu etiam aderat. in his auribus hauis operam amori dedisti. Civitas vero te adorat. Aliuntque te norunt vehementerque arseris: quod nemo te galliorum fuerit. nihil ibi auctoritate gestum te inscio putant. Ideo historiam hanc ut legas precor: et an vera scripsierim videas. nec reminisci te pudeat: si quid homini non nunquam evenit tibi. Homo enim fueras. Qui vero nunquam sensit amoris ignis: aut lapis est: aut bestia. Ipsum namque vel per deorum medullas non latet ignea fauilla. Hale.

## ¶ Ep̄la Eneç Siluij ad Marianum

## **Sozinū petentē componī tractatū.**

**E**neas Silvius poeta Imperialisq; Secretarius. S.p.d.  
Mariano Sozino vtriusq; iuris interpreti et cōciui suo.  
Rein petis haud pueniente etati meq;atuē do et aduersam

et repugnante. Quid enī est qđ vel me iam pene quadragenariū  
 scribere: vel te quinquagenariū de amore conueniat audire? Ju-  
 uenes aīos res ista delectat: et tenera corda depositit senes autē  
 tam idonei sunt amoris auditores: qđ prudentiē iuuenes. Nec  
 quicqđ est senectute deformius quę venerem affectat sine virib?.  
 Iuuenies tñ et aliquos amates senes. amatuz vero nullum. nam  
 et matronis est et puellis despectum seniū. Nullius amore tenet  
 mulier: nisi quem riderit etate florentem. si quid aliter audis: de-  
 ceptio subest. Ego vero agnosco amatorium scriptum mihi non  
 conuenire: qui iam meridiem pr̄tergressus in vesperum feror.  
 Sed non min⁹ me scribere qđ te poscere dedecet. Ego tibi debeo  
 morigerus esse. tu vide quid postules. Nam quāto es natu matu-  
 rior: tanto equius est parere amicitiē legibus. quas si tua iusti-  
 tia non veretur mandando infringere: nec stultitia mea trans-  
 gredi timebit obediendo. Tua in me tot sunt beneficia: ut nihil  
 negare petitionū tuarū queam: etiā si admittū sit aliquid turpis  
 tudinis. parebo igit̄ petitioni tuarū iam decies multiplicate: nec  
 ampli⁹ negabo qđ tanto postulas desiderio. nō tñ vt ipse flagi-  
 ras: fector ero. nec poetica vtemur tuba: cuz licet vera referre. qđ  
 enim tam nequā est vt metiri velit: cū vero se potest tueri. Quia  
 tu sepe amator fuisti: nec adhuc igne cares: vis tibi duorū aman-  
 tum ut historiā teram. Aequitā est quę te nō sinit esse senē. Ero  
 morigerus cupiditatī tuarū: et hāc nimis egrī caniciē purire faciā  
 Nec singā/qñ tanta est copia veri. Quid enī est toto terrarū orbe  
 amore coīus: quę ciuitas: qđ oppidū: quę familia vacat exēplis?  
 Quis trigesimū nact⁹ annū: amoris cā nullū pegit facin⁹. Ego  
 de me facio conjecturā: quę amor ī mille pīcula misit. Ago supe-  
 ris ḡfas: qđ structas insidias millies fugi: felicior astro martis  
 quem vulcanus cū venere iacentē ferreo illaqueauit reticulo: de-  
 ridendūqđ dijs ceteris ostentauit. Sed alienos potius qđ meos  
 amores attingā: ne dū vētusti cineres ignis euoluo: scintillulā  
 adhuc viuentē reperiā. Referā aut̄ mirū amorem peneqđ incred-  
 iblem: quo duo amantes: ne dicam amentes: iuicem exarsere.

Nec vetustis aut obliteratis utrū exemplis: sed nostri temporis  
ardentes faces exponam. Nec Troianos aut Babylonios: sed  
nostrę vrbis amores audies: quāuis ex amantibus alter sub Ur-  
theo natus fuit celo. forsitan et binc fugere aliquid utilitatis lice-  
bit. Nam cum puella quę in argumētum venit amatore perditō  
interpolandum mestam et indignantem eralauerit animam: al-  
ter vero nunq̄ post hoc verę lētitię particeps fuerit: cōmonitio  
quidem iuuēnib⁹ erit vt abstineant nūgis. Audiāt igitur ados-  
lescentulę: et hoc edoctę casu videant ne post amores iuuenum se-  
eant perditum. Instruit hęc hystoria iuuēnes: ne militię mulierū  
se accingant quę plus fellis habet q̄ mellis. Sed omīssā lascivia  
quę homines reddit īsanos: virtutis incumbant studijs: quę  
possessorem sui sola beare possunt. In amore autem quot lateat  
mala: si quis aliud nescit: binc poterit scire. Tu vale: et hystorię  
quam me scribere cogis attentus auditor es.

**E**pistola Eneę Siluij Nicholominei: que  
iūueni nō esse negandum amorem dicit.

**I**llustrissimo principi Sigismundo Duci Hystrię dño suo:  
Eneas Silvius. S.p.d. Efflagitasti modeste a me p̄dide:  
tibi vt amatorię alicuius ep̄lam mitterem: cuias exemplo  
suadere posses virginī quam diligis: vt amare te fineret. Alius  
tibi forte hoc negasset: timens ne prolaberis. ego annuendum  
duxi. Scio nanc̄ humānę vitę conditionem. Nam qui non amat  
in adolescentia: in senio amat: quo tempore derisiū est et vulgi  
fabula: qm̄ etas illa amoris inepta est. Nosco p̄terea amoris cō-  
suetudinem: qui in iūuentute torpentes virtutes excitat: būc in  
armis exeret: illum in litteris: et studet quisq̄ id agere propter  
quod amicę placeat. Et quia virtutes nomen bonum faciūt: vir-  
tuti dat operā qui amat: vt ante puellę faciem laudetur. Et q̄b  
hoc ineptū virtutis p̄mūm sit: probabile tamen est quacūq̄ ra-  
tione virtutes adipiscari. Adolescentes insuper nō sunt nimiu-  
cohibendi: ne languidi et inertes fiant: permittendusq̄ bis est

aliquis ludus. Indulgendum est aliquātis per voluptati eoz ut  
animū et cor sumant: ut sciant malum et bonū: ut versutias mun-  
di noscant: illasq; cum viri facti fuerint euī tare sciāt. Hac de cau-  
sa gessi morem voluntati tuę: et optatam ep̄lam bac conditioē ti-  
bi transmittens: ut amans non negligas studia litterarum: sed  
quemadmodum apes et floribus mella decarpunt: sic tu ex amo-  
ris blanditijs ad virtutes veneris. Vale ex Gretz die. xiiij. Decem-  
bris. Anno dñi. Mcccc. xliij.

**T**Eiusdem Eneę epistola amatoria.

**S**igismundus Austriae dur. S. p. d. et seipsum dat singulari-  
dominę suę insigni et formosissimę virginę Lucretię regię.  
Dacie filię. Volui te sepius alloqui: amore meq; meū tibi no-  
tum efficere. sed etas mea nimis adhuc verecunda est: que nō pa-  
titur quod intra me sentio foris exire. Quāprimum incipio loqui:  
morib; rubor adeſt: timor impedit: et medijs vor in fauicibus hęret  
nec cogitata possum effari. Timeo modestiam tuam ne me argu-  
at. Tereor astantes ne me derideant. Horresco meipsum ne bal-  
butiens fiam. Et de te quod statueram dicere: decreui litteris co-  
mittere. q; epistola non erubescit: non suspirat: non timet queq;.   
Foritan arduum aliquid et perdifficile postulaturum me putas.  
Parum est quod volo: at si mibi cōcesseris: multum erit stimabo.  
Ego enim modestissima virgo: fateor: me tui amantem esse: ca-  
ptumq; tui vultus splendore: nec alia die noctuq; cogito q; te.  
Tu mibi semper es in mente: te in corde: te in animo gero. Tu  
meum desiderium es: tu spes mea: tu quies: tu refrigerium. Cū  
te video quiescit animus meus: t se oblectat. At cum abes: nec te  
cernere possum: magis vigeor stimulis: nec aliud meditor: nisi  
ut q; primum te reuisam. Hoc multipli de causa factum est. nā  
et forma et honestas in te concurrunt. Laudant Helenam poete.  
At ego illam non etristimo tibi fuisse similem. Aec polizenam tū-  
bi comparauerim: aut eam quam dilerit Hercules Dianirā. Tu  
omnes vincis et pulchritudine et morib;. Quasi altera philome-  
na: a calce vscq; in vertice nulla est in te menda. Crines tui splen-

dorem aurum superant. Frons alta et spatiose est. supercilia in arcu  
tensa: debitissimis spatiis extinguntur. Oculi tui tanquam duo emicant  
fidera: inde sagittas emittis et vulneras iuuenes. Hinc quos' vis  
occidias: et quos vis vivificas. Nasus suis conuenientibus partibus fa  
ciem mirifice honestat. Genas cando re nivio respersas modestus  
rubor intersecat. Quid labia corallina: et chrysallinos referat de  
cess: tota oris tui partes: unde melliflua manat verba! Hinc ri  
sus ille pugreditur qui me sepe ad intimam penetrat. O virum felicem  
qui labia illa mordebit: qui tales osculabis genas: qui mentum  
tuum et candidiorum Schypticamue gulam tuam poterit tangere. Aolo  
pectoris tui et illo pomo que ibi latent mentione efficere: ne re  
serens nimis ardor. Tu te scis quam intra et extra formosa es. Ego  
magis mirari quam digne mendare te possum. hoc tamen dico: quod mo  
res tui regio fastigio digni: et forma plus quam dici possit honesta.  
Et duce me seruum tibi fecerunt. Tuus enim sum. nihil magis cu  
pio quam rem gratam tibi efficere. Nec mirum. nam et prophetabus ut inquit  
fabule ibi esset Iouis regis Cretae: quem retusas per deo coluit/ si  
lius: Ameti tamen regis filia amans: pastorum se fecit: et gregem pavuit.  
Ego igitur libens seruio tibi. Nec aliud a te postulo: nisi ut amare  
me finas et animo quo feras si mihi dicaris amata. Hoc est quod  
volo/peto/erigo: nil postulo plus. Fac tuus ut amator dicar. nam  
et amator et seruus ero: dummodo annuas. Confiteor dignam te fore  
quam maiores et meliores quam ego sum ament. Esset vir Paris aut  
Hippolitus dignus amore tuo. Tu tamen noli querere formam. nam et  
pulchri sunt. superbi etiam sunt: nec stabile habent amorem. In me  
erit amor perpetuus: qui natus in adolescentie mecum flore etatis  
crescens ad senium perducetur: dummodo tu mihi faueas et me ad  
finas: quem tamen non debes etiam desplicere. nam ut mihi non negauit  
deus mediocris formam. Sunt mihi praeterea opes multae: que oculis  
erunt tuis: si vicem amoris rependeris. Haec quod diri. Nam et errauit  
Non ut ames peto: sed ut amare me finas. Hoc si tua ex gratia imper  
trauero beatus sum. Tu quid factura sis rescribe. Vale animula  
mea: delitiem mecum: circulum meum. Datum Gretz ic.

**I**ncepit historia principalis.

Rbem Senas: unde tibi et mihi origo est: intranti Sigis-  
**U**mundo Cesari quot honores impensi fuerint: iam vbiq; vulgatum est. palatium illi apud sacellum sancte Mar-  
 eth super vicum qui ad Thophorum dicit portam structum pa-  
 ratum fuit. Huc postq; ceremonie peracte sunt: cum venisset Si-  
 gismundus: quatuor maritatas obuiam habuit: nobilitates fo-  
 ma: etate: ornatus: parens: non mortales sed deas quisq; putavit.  
 Si tres duxerat fuissent: ille videri poterant: quas referunt Paris  
 dem per quietem vidisse. Erat Sigismundus licet grandevus in  
 libidinem pronus: matronarum alloquijs admodum oblectaba-  
 tur: et feminis blandimentis gaudebat: nec suauius illi quisq;  
 fuit illustrium aspectu mulieru. Ut ergo has vidit: desiliens equo  
 inter manus earum exceptus est: et ad comites versus ait: Suni-  
 les ne vncq; his feminas vidistis! Ego dubius sum an facies hu-  
 mane sint: an angelici vultus sunt celestes certe. Ille oculos hu-  
 mi deicientes: ut verecundiores fuit: sic pulchriores reddun-  
 tur. Sparso nang inter genas rubore: tales ore colores quales  
 indicum ebatur ostro violatum: aut quales reddunt alba immixta  
 purpureis rosis lilia. Precepit tamen inter eas nitore Lucre-  
 tia fuisse: adolescentula nondum annos viginti nacta: in fami-  
 lia Camillorum prediuiti viro Menelao nupta: indigno tamen  
 cui tantum decus domi seruiret: sed digno quem vxor deciperet  
 et sicut nos dicimus: cornutum quasi ceruum redderet. Statuta  
 mulieris eminentior reliquis. Come illi copiose: et aureis lam-  
 nis similes: quas non more virginum retrofusas miserat: sed au-  
 ro gemmisq; inclusarat. Frons alta spatiq; decentis: nulla in-  
 tersecta ruga. Supercilia in arcum tensa: pilis paucis nigrisq;  
 debito interuallo disiuncta. Oculi tanto nitore splendentes: ut  
 in solis modum respicientium intuitus hebetarent. His illa et oc-  
 cidere quos voluit poterat: et mortuos cum libuisset in vitam re-  
 sumere. Nasus in filii directus: roseas genas equali mensura dis-  
 criminabat. Aibil bis genis amabilius: nibil delectabilius visu.

que cum mulier risit: in paruā utrīcū debiscebat souēa. Nemo  
hanc vidit qui non cuperet osculari. Os paruū decēq; labra co-  
rallini coloris: et ad mōsum aptissima. Dentes paruuli et in ordi-  
nem positi ex chryſtallo videbantur: per quos tremula lingua diſ-  
currēns: nō sermonem: sed armoniā suauissimā mouebat. Quid  
dicam: mentis speciem aut gulę candorem. Ribil illo in cor-  
pore nō laudabile. Interioris formētudinē faciebat exterior. Nemo hāc asperit qui viro nō inuidērit. Erat insup in eius ore  
multe facetię. Sermo is fuit qualem rumo: est Graccoꝝ matrem  
habuisse Corneliam: sive Hortensi filiam. Nec suauius aliquid  
eius oratione nec modestius fuit. Nō ut plereq; tristi facie honestatē  
ostendebat: sed alacri vultu modestiam. Nō timida: nō au-  
dar: sed temperatū verecundię metu virilē animū ſemineo in cor-  
pore gerebat. Uestes illi multiplices erant: nō monilia: nō fibu-  
le: nō baltei: non armillę deerant. Redimicula capitis mirifica:  
multi vniones adamantesq; tum in digitis: tum inerto fuere.  
Nō Helenā pulchriorē fuisse crediderim: quo die Paridem in cō-  
uinii Menelaus exceperit. Nec ornatiorē Andromachez cū ſacris  
Hectoris initia est nuptijs. Inter has Catherina Peruchia fu-  
it: que paulopost vita functa Cesarē in funeribus habuit: qui  
et gratiū eius militia ante sepulchrū donauit: quis in fauces hu-  
bus quoq; mirabilis formē decus elucebat: inferoz tñ Lucretia  
erat. Ois de Lucretia sermo audiebat. Hāc Cesar: hāc ceteri cō-  
mendabat: intuebanturq; Quocūq; illa vertebat: eo et oculi ſe-  
quebantur aſtantium. Et ſicut Orpheus ſono cythare ſiluas ac  
ſara ſecū fertur tractiſſe: ſic iſta hoīes ſuo quoq; volebat intui-  
tu ducebat. Unus tñ inter oēs plus equo in illā ferebat Eurias  
Iudas Franco: quem nec amori forma nec diuītię reddebat ineptū.  
duoꝝ et trīginta annoꝝ erat: non eminentis stature: ſed letę gra-  
tęq; habitudinis: illuſtribus oculis: malis ad gratiam tunefē-  
tibus: ceteris membris non ſine quadam maiestate decoris ſta-  
ture correspondentibus. Reliqui curiales propter longinquam  
militiam omnes auro excuſi erant: hic quia et domi abundabat.

et propter amicitiam Cesaris magna munera recipiebat. Indies or  
 natio pspectibus hominum reddebat: longum famulorum ordinem posi  
 tione ducebat: nunc auro illitis: nunc muricis tyrii sanguine tin  
 ctis: nunc filis que legunt seres textis vestibus vtebat. Tum equi  
 tales illi erat quales in fabulis est ad Troiam venisse Menonis.  
 Aibil huic ad excitandum illum blandum animi calor: et magnaque me  
 tis vim quam vocat amor: preter otium deerat. Sed vicit iuuentus et  
 luxus: tum leta fortunae bona quibus ille nutrit. Nec potes Eur  
 alus sui: ut Lucretiam vidit ardere puellam cepit: herosque virtutis ni  
 bil satis vidisse putabat. Nec ipse dilerit. Mira res: multi egre  
 gia forma iuuenies: sed unum huc Lucretia. plures honesti corporis  
 mulieres: sed haec una Eurialus sibi delegit. Non tamen hac ipsa die  
 vel mense flammam Lucretia cognovit Euriali: vel ille Lucretias  
 sed amare se frustra vterque putauit. Ut igitur ceremoniis sacro  
 Cesaris capituli patrum modus fuit: et illa domum reuersa in Eurialum to  
 ta: et in Lucretiam totus Eurialus ferebat. Quis nunc Tis beset  
 priami fabula demiret: inter quos notitia primorumque gradus vi  
 cinia fecit. quippe domos habuere contiguas. tpe crenuit amor. Ha  
 nusque prius se viderant: nec fama cognoverat. Hic Fraco: et illa  
 Etrusca fuit. nec lingue et mercium intercessit: sed oculis res tam ge  
 sta est: cum alter alteri placuisse. Saucia ergo graui cura Lucre  
 tia: et igne capta cecidit: iam se maritatam obliuiscit. Virum odit: et ales  
 venereum vulnus: infiro pectori tenet Euriali vultus: nec ullam mem  
 brum suis quiete prebet: secundumque nescio quod obstat ait: ut amplius vi  
 ro herere nequeat. Nam me iuuat eius amplexus: nil oblectat oscu  
 la: fastidia verba ingerunt: pegrini semper autem oculos est imago: qui  
 hodie pector erat Cesar. Excute pceptas et casto corpore flamas: si  
 potes infelix. si possem non esse agra ut sum. Nouis me vis iniur  
 ta trahit. Aliud cupido suadet: aliud mens. Scio quod sit melius: quod  
 deterius est sequitur. O ciuis egregia et nobilis: quod tibi cum pegrino  
 est: quod in exercitu vireris: quod thalamos alieni pceptis orbis. Si viru  
 fastidis: hec etiam potest dare terra quod ames. Sed heu mihi: quoniam  
 illius est facies: quam non moueat ei forma: etas: genus: virtus. Cen

te mea pectora mouit: et nisi ferat opem dispereo. Oij meliora dent.  
Vtach prodam ego castos hymeneos: meq; aduenie nescio cui cre-  
dam: qui vbi abusus me fuerit/abeat: virq; sit alterius et me pene  
relinquat. Sed non is est eius vultus: no ea nobilitas animi vi-  
detur: nec gratia formae illa est ut timeam fraudes: et amoris oblit-  
uia nostri: et dabit ante fidem. Cur tutam timeam: accingar: et oem-  
mo am pellam. Ego quoq; ita sum pulchra: vt no me minus ille  
velit q; ego ipsum cupiam. Semper se mihi dabit: si semel ad oscu-  
la fuerit receptus mea. Quot me ambiunt proci quocumq; pergo?  
Quot riuales ante fores excubant meas? Dabo amori operam.  
Aut hic manebit: aut me secum abiturus abducet. Ergo ego et ma-  
trem et virum et patriam relinqua. Seua est mater: et meis semper in-  
festa gaudijs. Viro carere q; potiri malo. Patria illuc est vbi de-  
lecer viuere. At famam perdam. Quid mihi rumores hominum:  
quos ipsa non audi. Abil audet qui famam nimis studet. Mu-  
ltere hoc fecerunt aliq;. Rapi Helena voluit: no in uitam asportavit  
Paris. Quid Diana referat vel Medeam. Nemo errantem argui-  
it qui cum multis errat. Sic Lucretia. Nec intra pectus minora  
incedia nutriebat Eurialus. Medias inter cesaris curiam et Euri-  
ali domum Lucretia edes habuit. Nec palatum Eurialus pete-  
re poterat: quin illa et altis se ostentantem fenestris se haberet in  
oculis. Sed erubuit semper Lucretia: cu Eurialu vidit. Que res  
Cesar dedit amoris consciu. Nam cu ex sua consuetudine: nunc  
huc/nunc equitaret illuc: et hac sepe transiret: a iaduertit mutari  
feminam Euriali aduentu: qui sibi quasi Octauiano Decenates  
astabat. Ad quem versus: Euriale laccine vris feminas. Mulier  
ista te ardet. Semel tanq; amanti inuidet: vbi ad edes Lucre-  
tiae ventu est: Euriali oculos pileo conterit. Nec videbis inquit  
quod amas: ego hoc spectaculo fruar. Tum Eurialus: quid hoc  
signi est Cesar? Abil mihi cum illa: sed hoc facere incautu est: ne  
circustantes in suspitione reducas. Erat Eurialo spadix equis  
ardue ceruicis augustiq; capitis: que et breuis alius et obesa ter-  
ga spectabilē reddebat: animoso pectore: choris luxuriantibus

qui sonante tuba stare loco nesciebat. Autabat auribus: et collis  
 cum tremens voluit sub auribus igne. Densa iuba et dextro ias-  
 citata recondebat in armo: et cauans tellurem solidum cornu graui-  
 ter sonabat vngula. Similis illi fiebat Eurialus visa Lucretia.  
 Quem licet dum sola fuit claudere viam destinasset amori: ut tamen il-  
 lum aspergit: nec modum flammam nec sibi ponebat: sed ut siccus ager  
 qui admisso igne comburitur si chozi perflent altius: sic infelix Lu-  
 cretia etardebat. Ita est sane: ut sapientibus videatur: Humiles tamen  
 casas inhabitat castitas: solaque pauperies affectu sano tenetur: et  
 quem domus se coercet modico. Divites quod nescit pudicitia.  
 Quisquis secundis rebus exultat: semper insolita appetit. deli-  
 catas eligit domos: et penates magnos. Dira fortunae comes libi-  
 do. Intuens igitur Eurialum quod sepe transeunt Lucretia: nec ar-  
 dorem cōpescere potens: diu secum cogitauit cui patefaceret. Nam  
 qui tacitus ardet magis viritur. Erat inter viri seruos Sosias  
 Teutonicus sener: herosq; fidus: cui iam diu seruerat liberalis-  
 ter. Hunc aggreditur amans: plus nationi quam homini credens. Ibat  
 magna proceru stipante caterua per urbem Cesar: iamque Lucretiam  
 domum preteribat. Quem ubi adesse Eurialum cognouit: adesto in-  
 quiruit Sosia: paucis te volo. Respicte deosium et fenestra: ubi nam  
 gentium inuentus est huic similis. Vide ut oes calamistrati sunt  
 erecti eminentibus humieris. Dispice cesareos et madido cirro con-  
 tortos crines. O quales facies. Oes lactea colla ferunt quo sese  
 ore ferunt quod sorti pectora. Aliud est hominum genus quam terra no-  
 stra producat. Semen hoc deorum est: aut celo missa progenies. O  
 si et his mihi virum fortuna dedisset. Aisi testes oculi eent: nunquam  
 tibi haec narranti credidisse. Et si fama fuerit prestare omnibus  
 gentibus Germanos: credo subiectam Boream fore plagam: et fri-  
 gores magno albedinem mutuari. Sed nostin tu aliquos. Quan-  
 plurimos inquit Sosias. Tum Lucretia: Eurialum franco nem  
 nosti. Tantum me ait Sosias. Cur tamen hoc rogas? Dicam inquit  
 Lucretia: Scio quod in apertum non ibit. Hanc spem mihi tua bo-  
 nitas facit. Et ihs qui Cesari astant nemo mihi Eurialo est gra-  
 tior: in hunc animus commotus est. nescio quibus exuroz flammis.

nec illum obliuisci: nec mibi pacem possum dare: nisi ei me facio  
notam. Perge ora Sosia: conueni Eurialum: dic me ipsum ama-  
re. Nil volo ex te amplius: nec tu frustra hoc nuntium facies.  
Quid audio refert Sosias. Necce me flagitia facere aut cogi-  
tare hera. Prodam ne ego dominū: iamq; senex incipiam fallere  
quod iuuenis abhorriū. Quin potius clara progenies huius vi-  
bis: extirpa nephandas flāmas e casto pectore. Ne obsequere di-  
rē spei. extingue ignē. Nō egre amorem pellit: qui primis obstat  
insultibus. Qui dulce malum blandiendo nutrit: duri et insolentis  
domini servituti se dat: nec cum vult excutere iugum potest.  
Q; si hoc rescriret maritus: heu quibus te ille laceraret modis.  
Nullus diu latere potest amor. Tace inquit Lucretia: Nihil los-  
ci terrori est. Nihil timet qui non timet mori. Quemcunq; dede-  
rit exituz casus feram. Quo misera pergis Sosias retulit. domū  
Infamem reddis: solaq; tui eris generis adultera. tutum esse fa-  
cinus reris. Mille circa te oculi sunt. Non sinet genitrix occultū  
scelus: non vir: non cognati: non ancillę. Serui ut taceant: iūmē-  
ta loquentur: et canes: et postes: et marmora te accusabunt. Atq;  
ut celes omnia: qui videt omnia celare non potes deū. Dissecq;  
q; pena presens conscientiae mentis: et animus culpa plenus seq; ipm-  
timens: negata est magnis sceleribus fides. Compescere obsecro  
impī amoris flāmas: expelle facinus mente casta horridum.  
Metue concubitus nouos miscere thalamis mariti. Scio rectuz  
esse quod dicis retulit Lucretia: sed furor cogit sequi peiora. Scit  
animus quantum precipitum instat et ruit. Vincit et regnat fur-  
or: potensq; mente tota dominatur amor. Stat sequi quod re-  
gnū iubet amoris. Nam heu nimis reluctata sū frustra. Perfer-  
si mei te miseret nuntium. Ingemuit super his Sosias: per que-  
bas dixit canas senectute comas: fessumq; curis pectus: et fida-  
que prebui generi tuo seruitia. Precoꝝ supplex fiste furorem: tecq;  
ipsam adiuua. Pars sanitatis est velle sanari. Tum Lucretia:  
Nō ois ait ingenii reliquit pudor: parebo tibi Sosia: amore qui  
regi nō vult vincā. effugiū est huiꝝ malis: morte ut pueri nefas.

70

Exterritus hac Sosias voce: Moderare inquit hera metis effrena  
na impetus: coerce animos. Nunc vita es digna: quia te nec di-  
gnam putas. Decretum est ait Lucretia mori. Admissum scelus  
Colatini viror gladio vindicauit. Ego honestius preueniam mori-  
te committendum. Genus leti quero: laqueo: ferro: precipitio: ves-  
neno vindicare castitatem licet. unum horum aggrediar. Non pati-  
ar inquit Sosias. At Lucretia: Si quis mori constituit prohibe-  
ri non potest. At Porcia Catonis mortuo Bruto cum ferrum  
fibi subtractum esset carbones ardentes ebibit. Si tam proterius  
Inquit Sosias incubat menti furore tuę vitę quam famę consulendū  
est. Fallax sepe fama est: quę malo melior: bono peior nonnumquam  
datur. Lentemus hunc Eurialum: et amori operā demus. Deus  
erit iste labor: tibi quę ni fallorem rem consecratam dabo. His dictis in-  
censum animum inflammatum amore: spemque tibi dubiamenti.  
Sed nō illi animus erat: ut quod dixerat esset facturus. Differre  
animum feminę quererebat: furorem iminuerat: ut sepe tempus ex-  
tinguit flāmas: et adimit egritudinem dies. Existimauit Sosi-  
as fallis gaudijs puellam producere: donec vel Cesar abiret: vel  
mens illius mutaretur: ne si negasset aliis nuntius quereretur:  
aut in se manus mulier iniiceret. Sepe igitur ire atque redire se  
finxit: et illum gaudere amore suo: et tempus idoneum querere quo  
inuisum affari possent: dicit. Interdu non fuisse loquendi opor-  
tunitatem. Nonnumquam se mitti extra urbem studuit: ac in redditū  
gaudia distulit. Sic diebus multis egrotum pauit animum. Et  
ne per omnia mentiret: semel tamen adorsus Eurialum: O quam hic dile-  
ctus es ait. Nec illi querenti quod hoc esset respondit. At Eurī-  
alus secreto cupidinis arcu percussus: nullam membris quietez  
dabat: igne furtivo populante: venalique toras penitus vorabat  
medullas. Non tamen Sosiam nouit: nec Lucretię missum putauit:  
ut omnes minus spei habemus quam cupiditatis. Hic ubi ardere se  
vidit: diu prudentiam suam miratus est: sequitur multotiens incre-  
pauit. Enī Euriale quid sit amoris imperium tu nosti. Longi lus-  
ctus: breves risus: parua gaudia: magni metus: semper moritur:

¶ nunq̄ mortu⁹ est qui amat. Quid tu bis nūgīs īmisceas iteq̄.  
At cū se fruſtra nīti videret: qd tandē ait incassum miser amorī  
repugno! Num me licebit qđ Juliū licuit: quod Alexandrum: qđ  
Anibalē? Quid viros armatos refero? Aspice poetas: Virgilius  
p̄ funē tractus ad mediā turrī pependit: dum se mulierculę spe  
rat v̄lurū amplexibus. Excuset quis poetā vt laxioris vītę cul  
torem: quid de philosophs dicemus disciplinay magistris ⁊ ar  
tis bene viuendi p̄ceptoribus? Aristorelem tanq̄ equum mulie  
rē ascendit: freno coercuit: ⁊ calcarib⁹ pupugit. Dīs equa p̄tās  
est C̄esar. Non est verum quod vulgo dicitur: Non bene conue  
niunt nec in vna sede morātur maiestas ⁊ amoř. Quis maior est  
amator qđ nōster C̄esar: quotiens hic amoř operam dedit? Her  
culem dicunt qui fuit fortissimus: ⁊ certa deorū soboles: phare  
tria ⁊ leonis spolio positus: colum suscepisse: passimq̄ aptari di  
gitis smaragdos: ⁊ dari legem rūdibus capillis: ⁊ matu quo clā  
uam gestare solebat properante fuso durisse fila. Naturalis est  
hęc passio. Sentit ignes genus aligerū. Nam niger a viridi tur  
tur amatūr ave. Et varijs albe iunguntur sepe columbe. Si ver  
boꝝ memini quę ad Pharaonem Siculum scribit Sappho. Quid  
quadrupedes referam: mouet pro coniugio bella iumentū. Li  
midi cerui p̄elia poscunt: ⁊ concepti furoris dant signa mug  
entes. Uruntur hircanę tigrides. Culnificus aper dentes acuit.  
Venī quatiunt terga leones: cū mouit amoř. Ardent insanę pō  
ti beluę. Nihil imune est: nihil amoř negatum. odium parit cum  
iussit amoř. Juuenum feroceſ concitat flāmas: senibusq̄ fessis  
rursus extictos reuocat calores. Virginū ignoto ferit igne pe  
ctus. Quid ergo naturę legibus renitar. Omnia vincit amoř et  
nos cedamus amoři. Hęc vbi firmata sunt: lenā querit: cui lras  
ad nuptā ferendas p̄mittat. Iisus huic fidus comes erat: haruz  
rex callidus magister. hic p̄uincia suscipit: mulierculā cōducit:  
cui lre p̄mittunt: in hanc sententiam scriptę.

¶ Epla Euriali ad Lucretiam.

**S**alutarem te Lucretia meis scriptis: si qua mibi salutis

copia foret. Sed omnis salutis vitaq; spes ex te pendet. Ego te  
 magis q̄ me amo. Nec te puto latere meū ardorem lesi pectoris.  
 Iudeo tibi esse potuit vultus meus sepe lachrymis madidus: et  
 que videntē te emisi suspiria. Fer benigne te precor: q̄ me tibi aperi-  
 rō. Cepit me decus tuum: vinculumq; tenet erimia qua omnibus  
 prēstas venustatis gratia. Quid esset amor antehac nesciui. tu  
 me cupidinis imperio subiecisti. Pugnauis dū fateor violentam  
 vt effugerem dominam. Sed vicit meos conatus splendor tuus.  
 Vicerunt oculorū radij: quibus es sole potentior. Captiuus sum  
 tuus: nec mei amplius cōpos sum. Tu mibi t cibi t potus vsum  
 abstulisti. Te dies noctesq; amo. te desidero. te voco. te expecto.  
 te cogito. in te spero. de te me oblecto. tuus est animus. tecū sum  
 totus. Tu me sola seruare potes: solaq; perdere. Elige horum al-  
 terum: t quid mentis habeas rescribe. Nec durior erga me ver-  
 bis esto q̄ fueras oculis: quibus me colligasti. Non peto rem  
 grandem: vt alloquendi te copiam habeam postulo. Hoc tantuſ  
 volunt litterę meę: vt que scribo dicere possim coram te. Hoc si  
 das viuo: t felix viuo. sin negas: extinguitur cor meum: quod te  
 magis q̄ me amat. Ego me tibi t tuę cōmitto fidei. Vale animę  
 t vita subsidium meę.

**H**as vbi gēma signatas accepit lena: festino cursu Lucre-  
 tiā petit: eaq; sola inuenta: banc tibi epistolam inquit  
 tota Eſarea nobilior t potentior curia mittit amator:  
 vtq; sui te misereat magnis precib⁹ rogat. Erat lenocinio no-  
 tata mulier. nec id Lucretiā latebat: pmolesteq; tulit nephādā  
 feminā ad se mitti: atq; in eā versa: que te ait scelesta in banc do-  
 mū audacia durit: que te dementia adire meam presentiam sua-  
 sit. Tu nobilium cedes ingredi: tu matronas tentare potentes: t  
 violare audes legitimas faces! Vir me contineo quin in capili-  
 los inuoluam tuos. Tu mibi des lras: tu me alloquaris: tu me  
 respicias! Aīsi plus qđ me decet attendere qđ tibi puenit: effi-  
 cerem bodie: ne posthac tabellas amatoriaſ ferres. Jotī? vene-  
 fica: tuasq; lras tecū deser: imo da potius vt lacere igniq; dedā.

Arripiens seq papirum in partes diuersas scidit: et calcatam sepe  
pedibus atqz consputam in cinerem proiecit: ac si de te sumi sup  
plicum lena deberet: igne qz vino digno. Sed abi otius: ne te  
tqz admodu: ne ante conspectum redeas meum. Timuisset alia  
mulier: sed hec matronarū nouerat mores: et intra se ingt: Aunc  
domina: purauit me benefaceret: tibi qz placituz tristi secus est: da  
veniam imprudentiæ meæ: si non vis redeam: parebo. tu quem  
despicias amatorem videris. Atqz his dictis e cōspectu recessit.  
Eurialo autē inuento: respira inquit felix amator: plus amat qz  
amat: sed nunc non fuit rescribendi otium. Inueni m̄stā Lu-  
cretiam: at rbi te nomino: tuasqz litteras dedo: hilarem vultum  
fecit: milliesqz papirum basiauit: nec dubita: mor responsum dar-  
bitur. Et abiens retula cauit: ne amplius inueniretur: ne p ver-  
bis referret verbera. Lucretia autem postqz anus euasit: fragmē  
cera verba conteruit: iamqz legibile cirographum fecerat. Quod  
postqz millies legit: milliesqz deosculata: tandem innolutum syn-  
done inter pretiosa iocalia collocauit: et nunc hoc repetens: nūc  
illud verbum: maiorem horatim bibebat amorem: Eurialoqz re-  
scribere statuit: atqz hunc in modum dictatam ep̄lam misit.

**D**ñe sperare quod assequi non licet Euriale. Parce lit-  
teris ac nuntijs me vertare: ne me illaz er grege credito-  
re lenam debeas. Quere aliam incestandā: me nullus amor nisi  
pudicus sequatur. Cum alijs vt libet agito. Ex me nihil postui-  
les. tecqz me indignum scias. Vale.

**H**ec epistola qzuis durior Eurialo visa est: et contraria le-  
tē dictis: viam tñ ostendit vltro citroqz lras missitādi-  
sset. sz angebat: quia sermonis Italicī nescius erat: ideoqz fer-  
venti studio curabat ediscere. Et qz sedulū faciebat amor: brevis

tempore doctus euasit: solusq; sibi dictauit epistolas qui p̄fūs  
 ab alijs mutuabatur quicquid Etrusco sermone scribi oportuit.  
 Respondit ergo Lucretiē nil succensendum esse sibi q̄ infamem  
 feminam submiserit: cum id se peregrinum lateret: qui alio vti  
 nuntio non potuerat. Missionis amore fuisse causam: qui nī  
 bil quereret in honesti. credere seipsum pudicam castissimamq;  
 atq; idcirco maiori dignam amore. Insolentem feminam hono  
 risq; sui prodigam nedum se non diligere: sed maximo odio pro  
 sequi. Pudicitia nanc amissa nil esse quod in femina cōmenderet.  
 Formam fore delectabile bonum: sed fragile caducūq; et cui  
 nī pudor adst̄ nihil preti detur. Quę pudicitię formam adiun  
 terit: eam diuinam esse mulierem: ipsamq; vtraq; dote pollente  
 scire: ac propterea coli a se: q̄ nihil ab ea peteret libidinosum aut  
 obfuturum famq;. Optare se tñ alloqui: vt animū suum qui scri  
 ptis plene ostendi nequit: verbis aperiat: cumq; his litteris mu  
 nera misit: non solū materia: sed opere etiā pretiosa. Ad hęc Lu  
 cretia sic rescripsit.

### Ep̄la Lucretię ad Eurialum.

**A**ccepī l̄ras tuas: iamq; nil ampli⁹ de lena queror. Q̄ me  
 ames nō magni facio: quia nec p̄imus es: nec solus quę  
 mea forma deceperit. Multi. et amarūt: et amant me alij: s̄  
 vt illorum: sic et tuus erit vacuus labor. Habere verba tecum nec  
 possum: nec volo. Inuenire me solam nisi has hyrundo non po  
 tes. Altę sunt domus: et aditus custodia clausi. Munera tua sus  
 cepi: quia oblectauit me opus illoq;. Sed ne quid tuū gratis ap̄d  
 me sit: neue hoc pignus videatur amoris: remitto ad te analbum  
 quem matrī meę vir dedit: vt apud te quasi pretium sit venditor  
 rum focalium. Nec enim minoris est preti gēma eius q̄ munus  
 tuum. Vale. His Eurialis sic replicauit.

**M**agno mībi gaudio fuit ep̄scola tua: que finem querelis  
te Sosia: qui tandem odisse cepisti domini mores. Ego iam mu-  
tasse dominum: nisi me domina matutinis retinuissest offellis.  
Aibil dormiendum est hac nocte. Bibamus roremusque donec ve-  
niat dies. Non tantum per mensem lucrabitur herus: quantum  
nos una cena consumemus. Audiebat hunc Eurialus libens:  
tametsi mores seruorum notabat: et idem sibi fieri non dubitaret.  
Et cum Dromo abiisset: surgens Eurialus: O quam inquit beatam  
noctem Sosia tuo beneficio sum habiturus: qui me huc duxisti: et

ne patefierem probe curasti. Cir bonus es: meritoq; te amo: nec  
 tibi non gratus inueniar. Ederat hora prescripta letus Eurialis:  
 quis duobus perfunctus discriminibus murum ascendit.  
 Ad apertam fenestram subintrat. Lucretiam iuxta foculum se-  
 dentem paratisq; obsequiis expectantem reperit. Illa ut aman-  
 tem agnouit: assurgens medium complecta est. Fiant blanditiae.  
 Dantur oscula. Iter in venerem tensis velis: fessamq; nauigio  
 cytharam nunc ceres reficit: nunc bacchus. Heu quib; breves volu-  
 prates sunt: q; longe sollicitudines. Cir horam Eurialis letam  
 habuerat: cum ecce Sosiam qui redditum Menelai nuntiat gau-  
 diumq; perturbat. Timent Eurialis: fugere studet. Lucretia me-  
 sis absconditis obuiam viro pergit: reuersumq; salutat. Et o mi-  
 vir inquit q; bene redisti. Nam ego te iam villicum rusticatum  
 rebar. Quid tu tamen ruri tam diu? Cane ne quid olfaciam. Cur  
 non domi manes? Quid me contrastari tua absentia studeas? Se-  
 per dum abes timeo tibi. Tu ne quam ardeas formido: ut sunt  
 infidi vroribus suis viri. Quo metu si vis me soluere: nunq; for-  
 ris dormias. Nec enim sine te nos est mihi villa iocunda. Sed ce-  
 na hic iam: post cubatum ibimus. Erant tum in aula vbi fami-  
 lia prandere solet: ibiq; virum detinere Lucretia nitebatur: do-  
 nec Eurialis abeundi spatiu suscepisset: cui necessaria est moru-  
 la quedam. Menelaus aut foris cenatus erat: seq; in thalamu re-  
 cipere festinabat. Cum Lucretia: paru me amas inquit: cur non  
 potius domi apud me cenasti? Ego quia tu aberas: nec comedii  
 hodie nec bibi quicq;. Venerunt tñ villici et Rosalia nescio quid  
 vini portates. optimu esse ferebat Trebeianu. Ego pre mestitia  
 nihil gustau. Hunc qm ades: eamus si placet in cellariu introi-  
 sum: gustemusq; vinu: si ut illi dicerut tā suauissimū sit. Hisq; di-  
 ctis: laternā dertera: virū sinistra manu recepit: et i infimū penu-  
 descēdit: tāq; diu nūc hūc: nūc illū terebrauit: ac cū viro po-  
 tizauit: donec Eurialis putauit abisse: ac ita demū ad igratos hi-  
 meneos cū viro trāsivit. Eurialis intēpesta nocte domū repetiit.

Sequenti luce: sive q̄ sic expediebat camere: sive suspicio mala fit  
it: fenestram Menelaus obstruit. Credo ut sunt cōciues nostri  
in cōiecturis acuti: suspicionumq; plenis: timuisse Menelaum lo-  
ci cōmoditatem: vtq; parum fidebat vixi occasiōem demere vo-  
luisse. Nam eti nibil conscienter illi: veratam tamen fēminam  
multisq; dietim tentatam p̄cibus non ignorabat. Et animum  
cognoscebat mulieris instabilem: cuius tot sunt volūtates quot  
in arboribus folia. Serus enim fēmineus nouitatis est audius:  
raroq; virum amat cuius copiam habet. Sequebatur ergo viam  
maritorum promulgatam: quorum opinio est: infortunium bo-  
nis excludi custodijs. Erepta est huic cōueniendi facultas. Nec  
mittendis litteris permitta libertas est. Nam et cauponem qui  
post edes Lucretię vinariam tabernam condurerat: ex qua sole-  
bat Eurialus affari Lucretiam: ac litteras per arundinem mita-  
tere: sicuti Menelaus suasit: magistrat⁹ expulit. Restabat solus  
oculoq; intuitus: nutuq; tantum se consultabant amantes. Necq;  
istac amoris extrema linea cōmode perfrui poterat. Erat ingens  
dolor: vterq; cruciatus morti similis: quia nec amoris poterant  
obliuisci: nec in eo perseverare. Dum sic anxius Eurialus quid  
consili⁹ capiat meditatur: venit in mentem Lucretię monitum:  
quod de Pādalo scripserat Menelai sobrino: peritosq; medicos  
imitatus: quibus mos est in periculisq; cōgritudinibus ancepit  
adhibere medicamentum: et ultima potius experiri: q̄b sine cura  
morbum relinquere. Aggredi Pādalum statuit: remediumq;  
fūscipere quod ante refutarat. Huic igitur accersito et in penitio-  
rem partem domus vocato: Sede inquit amice: rem grandem ti-  
bi dicturus sum indigentem his quas in te scio sitas: diligentia  
fide et taciturnitate. Volui iamdudum hęc tibi dixisse: sed non  
eras mihi adhuc plene cognitus. Hunc et te nosco: et quia proba-  
te fidei es amo et obseruo. Q̄ si aliud de te non scirem: satis est  
quia omnes tui conciues te laudant: tum comites mei: quibus  
cum amicitiam confluisti: et qui sis: et quanti pendendus me cer-

tum fecere. Ex quibus te cupere meam benivolentiam didici. Quis  
 iam te facio partipem: quia non minus illa es dignus q̄  
 ego sum tua. Nunc quid velim: quoniam inter amicos res agit:  
 paucis exponam. Tu scis mortale genus q̄ in amorem sit pñ.  
 Seu virtutis est seu vitij late patet ista calamitas. Nec cor est si  
 modo carneum est: quod amoris non aliquando sentiat stimu-  
 los. Scis quia nec sanctissimum David: nec sapientissimum Sa-  
 lomonem: nec Sampsonem fortissimum ista passio dimisit im-  
 munem. Incensi preterea pectoris et amoris improbi ea natura  
 est: ut si quis prohibeatur magis ardeat. Nulla re magis ista cu-  
 ratur pestis q̄ dilecti copia. Fuerunt plures tum viri tum mul-  
 eres: tam nostra q̄ maiorum nostrorum memoria: quibus inhi-  
 bitio durissime necis fuit occasio. Contra vero plures nouimus  
 qui post concubitum et amplexus passim concessos: mor furere  
 desinerunt. Nihil consultius est postq; amor ossibus h̄esit q̄ fu-  
 rori cedere. Nam qui aduersus tempestatem nititur: sepe naufra-  
 gium facit. Et qui obtemperat procelle superat. Hęc ideo dixi: qz  
 te scire amorem meum volo: et quid mei causa sis facturus. Libi  
 quod emolumentum hinc sit oriturum: non tacebo: quia iam mei  
 cordis alteram te reputo partē. Ego Lucretiam diligo: neq; hoc  
 mi p̄diale mea culpa est factum: sed regente fortuna: in cuius  
 manu est quem colimus orbis. Nibī non erant noti mores ve-  
 stri: nec buiūs vrbis consuetudines noram. Putabam ego semī-  
 nas vestras quod oculis monstrant in corde sentire. Hinc dece-  
 ptus sum. Credidi namq; amatum me Lucretię fore: dum me lu-  
 minibus intuebatur placidis. cepi q; contra diligere. Nec tam ele-  
 gantem dominam dignam putavi: cui rices nō redderent amo-  
 ris. Non dum te noram vel tuum genus. Amavi putans amari.  
 Quis enī tā sareus est aut ferreus: qui non amet amatus. Sed  
 postq; fraudes noui: meq; dolis irretitum: ne meus sterilis esset  
 amor: nifus sum omnibus artibus illam incēdere: ut par pari re-  
 ferretur. Errare namq; nihilq; viere: tum rubor erat: tū anrietas

animi: quæ me die noctuq; misrum in modum cruciabat: ac adeo  
introsus ut egredi nullo pacto valeret. Factum est igitur ut me  
continuante par sit amor amborum. Illa incensa est: ego ardeo.  
Ambo perimus: nisi tu sis adiumento. Vir custodit et frater. Ad  
tam vellus aureum peruigil draco seruabat: nec aditum ho:ti Cer  
berus: q; ista diligenter recluditur. Non ego familiam vestram  
scio: quia nobiles estis inter primores urbis: diuites: potentes:  
amati. Utinam nunq; nouissim h;ac feminam. Sed quis est qui  
possit resistere satis? Non elegi hanc: sed casus dedit amandam.  
Sic se res habet. Lectus adhuc amor est. Sed nisi bene tegatur:  
magnum aliquid quod superi auertant malum pariet. Possem  
ego forsitan me compescere: si binc abiрем. Quod quanq; esset  
mibi grauissimum: facerem tamen vestre familię gratia: si hoc pu  
tarem er: vsu. Nosco illi: furorem: Aut me sequeretur: aut manei  
re coacta manus sibi conscribet: quod esset dedecus perpetuum ve  
stre domus. Quid igitur te volebam: tecq; vocau: nostri causa est:  
ut obueniemus his malis. Nec alia via est: nisi ut amoris nostri  
aurigam te prebeas: curesq; ut bene dissimulatus ignis non fiat  
apertus. Ego me tibi commend: do: denoueo. Obsequere nostro  
furo: ne dum oppugnatur magis incendatur. Cura ut simul co  
venire possimus: quo facto: mor humiliabitur ardor: tolerabilis  
or: reddetur. Tute scis aditus domus. Scis quando vir abest.  
Scis quando valeas introducere. Frater viri aduertendus est:  
qui est ad has res nimium perspicax. Lucretiamq; tanq; locum  
germani teneat magna cura custodit. Inuersaq; Lucretię ver  
ba: auersas ceruices: gemitus: screatus: tu summis suis attente co  
siderat. Hunc eludere sententia est: nec sine te fieri potest. Assis  
ergo: et quando absfuturus sit vir me instrue: remanentemq; fra  
trem diuerte: ne custos affirus Lucretię sit: neue custodes adhi  
beat alios. Libi credit: et quod dij farint hanc fortasse pūnciaz  
tibi committer. quam si suscepis: et me iuueris ut spero: iuuanda  
res est. Poteris enim me clam dum ceteri dormiēt intromittere:

et amorem insire furentem. Ex his quot emergat utilitatem arbitri,  
 tro te p tua prudenter palam cernere. Seruabis namque in primis  
 bonorum domum: amore tegens: qui non posset absque via infamia ma-  
 nifestari. Sobrinam tuam in vita tenebis. Menelao vero rem custo-  
 dies: cui non tam obest una nec mihi concessa nesciis oibus: quod  
 si sciente populo illam perdiditerit me sequentem. Aucta Senato-  
 ri Romano secuta est Ippia ludum Apharon et Alilum. famosaque  
 menia Lagi. Quid si me domi nobilem atque potentem Lucretia se  
 qui statuat: quod dedecus vestri generis: quis populi risus: que-  
 nedum vestra sed totius civitatis infamia? Diceret forsitan ali-  
 quis: absumenta potius ferro: aut extingueda venenis est mu-  
 lier: quod id agat. Sed ve illi qui se humano sanguine polluit: et ma-  
 iori scelere vindicat minus. Non augenda sunt mala: sed minus  
 enda. Nos hoc scimus ex duobus bonis melius eligendum: aut  
 ex malo et bono quod sit bonum: sed ex malis duobus quod minus  
 obicit. Ois via periculi plena est. Sed haec quam monstro minus ha-  
 bet discriminis: per quam nedum tuo sanguini consules: sed etiam  
 mihi poteris: qui pene insanio: dum mea causa Lucretiam video  
 cruciari: cui potius odio esse vellem quam te rogare. Sed hic sum:  
 eo deducta res est: ut nisi tuis artibus: tua cura: ingenio: atque sol-  
 licitudine nauis regatur: nulla salutis spes maneat. Juua igitur  
 et illam et me: tuaque domum absque nota conserua. Nec me putas in-  
 gratuu. Scis apud Eclarum quanto sim: quicquid petieris impetrar-  
 etum tibi efficiam. Et hoc ante oia polliceor: docque fidem: palatinum  
 te comitem futurum: oemque tuam posteritate hoc titulo gauisuram.  
 Ego tibi Lucretiam: meque et nostrum amorem: et famam nostram: et tui ge-  
 neris decus committo: tueque mandabo fidei. Tu arbiter es: oia haec in  
 te sita sunt. Vide quid agas. et seruare potes ista et perdere.

**S**ubrisit his auditis Pandalus: factaque morula: No: a haec  
 Euriale dixit: et vtinam non accidissent. Sed eum in locum  
 sicut abs te dictum est res rediit: ut necesse sit me quod iu-  
 bes efficere: nisi et nostrum genus affici contumelijs: et scandalum

ingens cupsam eroriri. Ardet mulier sicut dicti: et impotens sus  
est. Nisi occurro ferro se fodiet: aut ex fenestris se dabit precipite.  
Aec vita iam sibi nec honoris est cura. Ipsa mihi suu ardore pate  
fecit. Restiti: increpauis: lenireflammam studui. Nihil profeci. Oia  
propter te paruis facit. Nihil sine te curat. Tu illi in mente semp  
sedes. Le petit: te desiderat: te solum cogitat. Sepe me vocitas:  
Audi precor. Euriale dirit. Sic mulier ex amore mutata est: vt iam  
non eadem videatur. Heu pietas: heu dolor. Nulla prius in urbe  
tota vel castior vel prudentior. Lucretia fuit. Mira res: si tan  
tum iuris natura dedit amor in mentes humanas. Neden  
dum est huic exigitudini. Aec alia cura est: nisi quam tu mon  
strasti. Accingam me huic operi: teq; dum tempus erit comone  
faciam. Nec ex te gratiam quero: quia non est officium boni viri: cu  
is nihil promereat: gratiam poscere. Ego ut ritem infamiam no  
strę imminentem familie hoc ago: nec sum premiandus. At enim  
Eurialus inquit: ego vel sic tibi gratiam habeo: et creari te comite  
ut dictum est faciam: modo tu dignitatem istam non spernas. Non  
sperno inquit Pandalus: sed ne hinc profecta sit volo. Si ventu  
ra est: libere veniat. Nihil ego 2ditionale facio. Si potuisset hoc  
te nesciente fieri mea ut opera apud Lucretiam esses: libentius id  
egisset. Vale. Et tu vale retulit Eurialus. Postquam animu reddit  
disti: fac: finge: inueni: effice: ut simul simus. Laudabis inquit  
Pandalus: letusque abiit: quod tantu viri gratiam inuenisset: tum quod se  
ta comite esse sperabat. Cui dignitatis ratio erat audito: quanto se  
minus cupere demonstrabat. Sunt enim homines quidam  
ut mulieres: quod cum maxime nolle dicunt: tu maxime volunt. Hic  
lenocinij mercede sortitus est comitatu: et aurea bullam suę nobilit  
tatis posteritas demonstrabit. In nobilitate multi sunt gradus  
mi Mariane: et sane si cuiuslibet originem queras: sicut mea sen  
tientia fert: aut nullas nobilitates inuenies: aut admodum paucas:  
quod sceleratum non habuerint ortu. Cum non vos dici nobiles videam: quod  
diuitijs abundant: diuitijs vero raro virtutis sunt comites: quis

non videt ortum esse nobilitatis degenerem! Hunc usurp ditanunt: illum spolia: prodiciones alium. Hic beneficis ditatus est ille adulatio[n]ibus. Huic adulteria lucru p[ro]bent: non nullis mēdacia prosumt. Quidam faciunt ex coniuge questum: quidam ex natis. Plerosq[ue] homicidia iuuant. Rarus est qui iuste diuitias congreget. Nemo fascem amplum facit: nisi qui omnes metit herbas. Congregant homines diuitias multas: nec vnde veniant: sed q[uod] multe veniant querunt. Omnibus hic versus placet: Unde habeas querit nemo: sed oportet habere. Postq[ue] vero plena est archa: tum nobilitas poscit[ur]: que sic quesita: nil est aliud q[uod] preimum iniquitatis. Maiores mei nobiles habiti sunt. Sed nolo mihi blandiri: non puto meliores fuisse paucos meos alijs: quos sola ercusat antiquitas: quia non sunt in memo: ia eorum vitia. Mea sententia nemo est nobilis: nisi virtutis amator. Ad miroz aureas vestes: equos: canes: or[um] dinem famuloz: lautas mensas: marmoreas edes: villas: p[ri]edia: piscinae: viridaria: filuas. Nam et hoc oia stultus assequi potest: quem si quis nobilez dicerit: ipse fiet stultus. Pandalus noster lenocinio nobilitatus est.

**P**On multis post diebus ruri inter Menelai rusticos istra tum est: et occisi nonnulli: qui plus equo biberat. Opusq[ue] fuit ad res componendas Menelaum proficiisci. Tu Lucretia mi vir inquit: grauis es homo debilisq[ue]: equi tui grauiter incedunt: quare gradarum aliquem recipere cōmodatum. Cunq[ue] ille percunctaretur vbinam esset aliquis: Optimum inquit Pandalus nisi fallor Eurialus habet: et tibi libens cōceder: si me vis petere. Pete inquit Menelaus. Rogatus Eurialus: mox equum iussit adduci: idq[ue] sui gaudi signum recepit: secumq[ue] tacite dicit Tu meum equum ascendas Menelae: ego tuam vrorem equitabo. Conuentum erat ut noctis ad horam quintam in rivo Eurialus esset: spectaretq[ue] bene si cantantem Pandalum audiret. Absentierat Menelaus: iamq[ue] celum noctis obdulerant tenebre. Musier in cubili tempus manebat. Eurialus ante fores erat: signūq[ue]

mo:zabatur:nec cantum audiebat:nec screatum. Jam pr̄terferat  
bo:z: t̄ vt abiret Eurialus suadebat Achates: delusumq; dīcebat  
Durum erat amanti recedere: t̄ nunc vnam/nunc aliam causam  
manendi querebat. Non canebat Pandalus: quia Venelai fra-  
ter domi manserat: t̄ omnes aditus scrutabatur: ne quid insidia-  
rum fieret: noctemq; trahebat insomnem. Cui Pandalus: Aun-  
quam ne inquit hac nocte cubatum ibimus? Jam nor medium  
poli transcendit arem: t̄ me grauis occupat somnus. Miror te  
cum iuuenis sis senis habere naturam: quibus siccitas somnum  
aufert: nec vñq; dormiunt nisi paululum ante diem: cum currus  
voluit septentrionalis Elices: cum iam tempus esset surgen-  
di. Eamus iam tandem dormitum. quid sibi volunt h̄e vigilię?  
Eamus inquit Agamennon: si tibi sic videtur. Antea tamen in-  
spicendę sunt fores: an satis firmatę sint: ne furibus pateant.  
Veniensq; ad ostium: nunc vnam/nunc aliam seram admouit: et  
peſſulum addidit. Erat illic ingens ferrum: quod vix duo poter-  
ant elevarē: quo non nunq; ostium claudebatur: quod postquā  
Agamennon mouere non potuit: Juua me inquit Pandale: ad-  
moueamus ferrum hoc ostio: tum dovnitum ibimus. Studiebat  
hos sermones Eurialus: t̄ actum est tacitus ait: si hoc ferramen-  
tum adiungitur. Tum Pandalus: quid tu paras Agamennon?  
Tanq; domus obsidenda sit firmare ostium paras. An tuta su-  
mus in cinitate? Libertas hic est: t̄ quies omnibus eadem. Tuz  
hostes procul sunt quibus cum bella gerimus Florentini. Si fu-  
res times: sat clausum est. Si hostes: nihil est quod in haec domo  
te possit tueri. Ego hac nocte non subibo hoc onus: quia scapu-  
las doleo: t̄ infra sum fractus: nec gestandis oneribus sum ido-  
neus. Aut tu leua: aut sine. Qab satis est inquit Agamennon:  
dormitumq; cessit. Tum Eurialus: manebo hic adhuc horam  
ait: si forte aliquis adaperiat. Ledebat Achatem mo:z: tacitusq;  
maledicebat Eurialo: qui se tam diu retineret insomnem. Nec  
diu mansum est: cum per rimulam visa est Lucretia parum quid

luminis secum ferens. Versus quam pergens Eurialus: Salve  
 mi anime Lucretia dicit. At illa exterrita fugere primum voluit.  
 Exinde recogitans: quis tu es vir ait. Eurialus tuus inquit Eu-  
 rialus. Aperi mea voluptas: iam median noctem hic te operior.  
 Agnouit Lucretia vocem: sed quia simulationem timebat: non  
 prius ausa est aperire: quod secreta inter se tamen nota perceperit. post  
 hec magno labore seras removit. Sed quia plurima ferramenta  
 foret retinebant: quem manus feminea ferre non poterat: ad semis/  
 pedis duntarant amplitudinem ostium patuit. Nec hoc ait Eurí-  
 alus obstabit: extenuansque suum corpus per derterum latus in/  
 tra sese coniecit: mulieremque medium ampleratus est. Achates  
 extra in ercubibus mansit. Tunc Lucretia siue timore nimio siue  
 gaudio etaminata: inter Euriali deficiens brachia pallida facta  
 est. Et amissio verbo ac oculis clausis: per omnia similis mortuæ  
 videbatur: nisi quod adhuc calor pulsusque manebat. Exterritus Eu-  
 rialus subito casu quid ageret nesciebat: secundumque si abeo inquit  
 mortis sum reus: qui feminam in tanto discriminé deseruerim.  
 Si maneo: interueniet Agamennon aut alijs ex familia: et ego  
 perierim. Heu amor infelicis: qui plus fellis quod mellis habes. Non  
 tam absinthium est amarum quod tu. Quot me iam discriminibus  
 obiecisti! Quot mortibus meum caput deuouisti! Hoc nunc res-  
 stabat: meis in brachib; ut feminam etaminares! Cur non me po-  
 tius interemisti! Cur non me leonibus obiecisti! Heu quod optabis  
 Ilius erat in huius me potius gremio: quod istam in meo sinu defes-  
 cisse! Vicit amor virum: abiectaque proprie cura salutis: cum femi-  
 na mansit: eleuansque altius mutum corporis: atque deosculans: ma-  
 didus lachrymis. Heu Lucretia inquit: Ubinam gentium es! Ubi  
 aures tuæ! Cur non respondes! Cur non audes aperire oculos?  
 Obscro meque respice. Arride mihi ut soles. Tunc hic Eurias-  
 lus adsum. Tunc te amplectitur Eurialus. Mi anime: cur non  
 me contra basias meum cor? Obiisti: an dormis? Ubi te quæ-  
 ram? Cur si mori volebas non me monuisti ut occidissem una?

Ait me audis: en iam latus meum aperiet gladius: vt nos am  
bos habeat exitus unus. Ab vita mea: suauium meū: delitie meę  
spes vñica mea: integra quies. Siccine te Lucretia perdo. At tol  
le oculos. Eleua caput. Non dum mortua es video. Adhuc cales.  
adhuc spiras. cur mibi non loqueris? Sic me recipis? Ad hęc me  
gaudia vocas? Hanc mibi das noctem? Assurge orio requies mea  
Respice tuum Eurialum. Eurialis adsum tuus. At sic fatus: lai  
chymarum flumine super frontem et mulieris tympona pluit:  
quibus tanq; rosa aquis excitata mulier: quasi de graui somno  
surrexit: amātemq; videns? Neu me inquit Euriale: rbinam fui?  
Eur me non potius obire finisti? Beata iam moriebar in tuis ma  
nibus. Utinam sic ercederem anteq; tu hac v̄be discederes. Dū  
sic inuicem fantur: in thalamum pergunt: rbi talem noctem ha  
buerunt: qualem credimus inter duos amantes fuisse: postq; na  
vibus altis raptam Helenam Paris abducit. Tamq; dulcis ista  
nor fuit: vt ambo negarent inter martem veneremq; fuisse. Tu  
meus es Gaminedes: tu meus Hypolitus. Diomedes meus di  
cebat Lucretia. Tu mibi Polixena es Eurialis referebat. Tu  
Emilia: tu Venus ipsa. Et nunc os/nunc genas/nunc oculos  
comendabat. Eleuatoq; non nunq; lodice: secreta que non vide  
rat antea contemplabatur. et plus dicebat inuenio q; putaram.  
Talem lauantem vidit Atheon in fonte Dianam. Quid his me  
bris formosius? quid candidius? Jam redemi pericula. Quid est  
quod propter te non debeat sustineri? O pectus decorum. O pa  
pille prenitide. Uos ne rango? Uos ne habeo? Uos ne manus in  
cidisti meas? O teretes artus. O redolēs corpus: te ne ego pos  
sideo? Nunc mori est satius: quando hoc gaudium est recens: ne  
qua interueniat calamitas. Anime mi teneo te an somnio? Vera  
ne hęc voluptas est: an extra mentem positus sim reor? Non som  
nio certe. Vera res agitur. O suauia balia. O dulces amplexus.  
O mellifui morsus. Nemo me felicius vivit: nemo beatius. Sed  
heu q; veloces horę. Inuida nor cur fugis? Mane apollo mane

26

apud inferos diu. Cur equos tam cito in fugum trabis? Sine  
plus graminis edant. Da mihi noctem ut Alchimenz dedissim.  
Cur tu tam repente titoni tui cubile relinquas aurora? Si tam ille  
li grata essem q̄ mihi: Lucretia haud tam mane surgere te per-  
mitteret. Nunq̄ mihi nor visa est bieutor: q̄uis apud Britanos  
Dacosq; fuerim. Sic Eurialus. Nec minora dicebat Lucretia.  
Aec osculum nec verbum irrecompensatur p̄quererit. Stringebat  
bic: stringebat illa. Nec post venerem lassi iacebant: sed ut En-  
theus ex terra validior resurgebat: sic post bellum alacriores illi  
robustioresq; siebant. Nocte peracta cum crines suos ex oceano  
tolleret aurora: discessum est. Aec post multos dies redeundi co-  
pia fuit: crescentibus dictim custodijs. Sed omnia superavit  
amor: viamq; tandem conueniendi reperit: qua se vituri sunt.  
Interea C̄esar qui iam Eugenio reconciliatus erat: Romam pe-  
tere destinauit. Sentit hoc Lucretia. Quid enim non sentit amor?  
aut quis fallere possit amantem? Sic igitur Lucretia scriptit  
Eurialo.

### ¶ Epistola Lucretie.

**S**i posset animus meus irasci tibi: iam succenserem: q̄ abit  
sturum te dissimulasti. Sed magis amat te q̄ me spiritu  
meus. Nulla potest ex causa aduersus te moueri. Heu meū  
cor: quid est q̄ mihi Cesarei non ditti recessurum? Ille itineri  
se parat: nec tu manebis scio. Quid obsecro de me fiet: quid agā  
misera! vbi requiescam? Si me relinquis: non viuo biduum. Per  
ergo has litteras meis lachrymis madidas: perq; tuam dexterā  
et datam fidem: si de te quicq; merui: aut fuit tibi quicq; dulce  
meum: miserere infelicitis amantis. Non peto ut maneas: sed ut  
tollas me tecum. Fingam me vesperi Bethlehem petere velle: vni-  
camq; recipiam anū. Assint illic duo tres ue famuli et tuis: meq;  
rapiant. Abhil negoch est volentem eripere. Nec tibi dedecors  
puta. Nam filius Priami coniugem sibi raptu parauit. Non iniu-  
riaberis viro meo. Is enim omnino me perditurus est. Namq;  
d.i.

nisi me abducas mores illi auferet. Sed noli tu esse crudelis:  
meque morituram relinquere: que te pluris semper quam me feci. Ad  
hunc Eurialus in hunc modum rescripsit.

### Epiſtola Euriali.

**O**clavi te usque nunc mea Lucretia: ne te nimis afflictares  
antequam tempus esset. Scio mores tuos. Noli quia te nimis  
cum crucias. Nec Cesar sic recedet ut non sit reuersurus.  
Ex urbe postquam reuenerimus hac iter est nobis in patriam. Quod si  
Cesar aliam viam fecerit: me certe si vitero redire videbis. Ne  
gentesque mibi superi in patriam redditum: errabundoque similiter redi-  
dant Ulici: nisi bui reuertar. Respira ergo mihi anime: sumeqque vi-  
res. Noli te macerare: quin viue potius leta. Quod dicas de ra-  
ptu: esset mibi tum gratum: tum iocundissimum. Nec mibi mai-  
tor prestatim voluptas posset: quam te semper mecum habere: ac meo  
ex arbitrio potiri. Sed consulendum est magis honor tuo quam cu-  
piditati meae. Erigit namque fides tua qua me completa es: tibi ut  
corisilium fidele prebeam: et quod in rem sit tuam. Tu te scis per  
nobilem esse: et in clara familia nuptam. Nomen habes tum pul-  
cherrime: tum pudicissime mulieris. Nec apud Italos solum  
tua fama clauditur: sed et Theutones et Pannoni et Bohemi et  
omnes Septentriones populi tuum nomen agnoscunt. Quod si ego  
te rapiam: mitto dedecus meum: quod tui causa floccifacerem:  
qua ignominia tuos afficeres necessarios: quibus doloribus ma-  
trem pungeres. Quid de te diceretur? Quis rumor extiret in or-  
bem? Ecce Lucretiam: quem Brutus coniuge castior penelopeque me-  
lio: dicebatur siam mechum sequitur: immemor domus paren-  
tum et patris. Non Lucretia: sed Ippia est: vel Jasonem secuta  
Medea. Heu me quantus meror haberetur: cum de te talia dici-  
sentirem. Nunc amor noster clam est. Nemo te non laudat. Ra-  
pina turbaret omnia. Nec unquam tam laudata fuisti: quam tunc

vituperareris. Sed mittamus famam. Quid: q̄ amore perfrus no  
 stro non valeremus? Ego C̄esarī seruo. Is me virum fecit t̄ po  
 tentem t̄ diuitem. Nec ab eo recedere possum sine mei status ru  
 ina. Q̄ si eum desererem: non quirem te decenter habere. Si cui  
 riam sequerer: nulla quies esset. Omni die castra mouemus.  
 Ausq̄ C̄esarī tanta mora fuit: quanta nunc Senis. Idq̄ belli ne  
 cessitas fecit. Q̄ si te circūducerem: t̄ q̄si publicā feminam in ca  
 stris haberem: vide q̄ esset tibi t̄ mibi decorum. His ex rebus  
 obsecro mea Lucretia: mentem vt istam eruas: honoriq̄ consu  
 las. Nec furori magis q̄ tibi blandiaris. Alius fortassis ama  
 tor: aliter suaderet: et vltro te fugere precaretur: vt te q̄ diu pos  
 set abuteretur: nibil futuri prouidus: dum pr̄senti satissaceret  
 egritudini. Sed is non esset amator verus: qui libidini magis  
 q̄ fame consuleret. Ego mea Lucretia quod frugi est moneo.  
 Mane hic te rogo: nec me dubita redditurum. Quicquid apud  
 Etruscos incumbet agendum C̄esarī: mibi committi curabo.  
 Daboq̄ operam: vt te frui absq̄ tuo incommodo possim. Vale.  
 Uiae. Ama. Nec meum q̄ tuus est ignem putato minorem: aut  
 me non inuitissimum hinc abscedere. Iterum vale mea suauitas  
 t̄ animę cibus meę.

**A**equieuit his mulier: et imperata facturam se rescripsit.  
 Paucis post diebus Eurialus cum C̄esare Romam per  
 rexit: nec diu moratus illic febribus est incensus. Infelix  
 penitus: qui cum arderet amore: feb̄ium quoq̄ cepit ignibus  
 estuare. Cumq; iam vires amor extenuasset: adiectis in orbi dolo  
 ribus: paq̄ supererat ritę. tenebat q̄ spiritus medicoq̄ remedijs  
 potius q̄ manebat. C̄esar ad eū dietim veniebat: t̄ quasi filiū co  
 solabat: omnesq; curas Apollinis adhibere habebat. Sed nulla  
 valentio: fuit medela: q̄ Lucretie scriptum: quo viuentem illam  
 et sospitem cognovit. Que res feb̄es aliquantis per imminuit.  
 ipsum quoq̄ Eurialum surgere in pedes fecit: qui t̄ coronationi  
 d.z.

Cesaris interfuit: ac sibi militiam suscepit et aureum calcar. Post  
hunc cum Cesar perusum peteret: is Romam manit nondum ex in-  
tegro sanus. Et inde Senas venit: quis adhuc debilis extenua-  
tusq; faciem: sed intueri potuit: non alloqui. Lucretiam. Episo-  
le plures vtrinq; missae sunt. Rursus de fuga tractatum est. Eris-  
duo illic mansit Eurialus. Demum cum sibi aditus omnes vi-  
deret erepros: recessum eius amanti renuntiavit. Nunq; tanta  
dulcedo fuit in conversando: quata in recedendo mestitia. Erat  
in fenestra Lucretia. Per vicum iam Eurialus equitabat. Numi-  
dos oculos alter in alterum iecerat. Flebat unus: flebat alter.  
Unbo doloribus vngabantur: ut qui suis ex sedibus cor euelli do-  
lenter sentiebant. Si quis in obitu quantus sit dolor ignorat:  
duorum amantium separationem consideret: quis maior hic ani-  
tetas inest: et cruciatus ingentior. Dolet animus in morte: quia  
corpus relinquit amatum. Corpus absente spiritu nec dolet: nec  
sentit. Et cum duo inuicem conglutinati per amorem sunt ani-  
mi: tanto penosior est separatio: quanto sensibilior est vterq; di-  
lectus. Et hic sane iam non erant spiritus duo: sed quemadmo-  
dum purat Aristophanes: vnius anima duo corpora facta erant.  
Itaq; non recedebat animus ab aio: sed vnicus amor scindebat in  
duos. Cum cor in partes diuidebatur. Mensis pars ibat: et pars  
remanebat: et omnes inuicem sensus disgregabantur: et a seipso  
discedere flebant. Non mansit in amantium faciebus sanguinis  
gutta: nisi lachrymæ fuissent et gemitus. Simillimi mortuis vide-  
bantur. Quis scribere: quis referre: quis cogitare posset illarum  
mentium molestiss: nisi qui aliquando insaniuit? Laudomia  
recedente Prothesilaoo et ad sacras Ilii pugnas eunte exanguis  
cecidit. Eadem postq; viri mortem agnouit: vivere amplius mi-  
nimie potuit. Dido phenissa post fatalem Eneæ recessum seipsum  
interemit. Aec porcia post Brutum necem voluit superesse. Hec no-  
stra postq; Eurialus ex visu recessit in terram collapsa: per fas-  
mulas recepta est: cubiliq; data donec resumeret spiritus. Ut yes-

ro ad se rediit: vestes aureas purpureasq; et omnem letitiae ornatum reclusit: pelliceisq; tunicis vsa: nunq; postbac cantare audi ta est: nunq; visa ridere: nullis facetijs: nullo gaudio: nullis unquam iocis in letitiam potuit reuocari. Quo in statu dum alii quandiu perseverat: egritudinem incidit. Et quia cor suum aberrat: nullaque menti consolatio dari poterat: inter multum plorantis brachia matris: ac collachymantes et frustra consolatoriis verbis vtentes necessarios: indignantem animam exalavit.

Eurialus postq; et oculis nunq; se amplius visuris abiit: nulli inter eundum locutus: solam in mente Lucretiam gerebat: et an vnq; reuerti posset meditabatur. Venitq; tandem ad Cesarem Perusij manentem: quem deinde Ferrariam: Mantuam: Tridentum: Constantiam: et Basileam secutus est: Hec demum in Hungariam atq; Bohemiam. Sed ut ipse Cesarem: sic eum Lucretia se quebatur in somnis: nullamq; noctem sibi quietam permittebat. Quam ut obiisse verus amator agnouit: magno dolore pmotus lugubrem vestem recepit: nec consolationem admisit: nisi postq; Cesar er ducali sanguine virginem sibi tum formosam: tum castissimam atq; prudentem matrimonio coniunxit.

Habes amoris eritum Mariane mi amantissime: non fici: neq; felicis. Quem qui legerint periculum ex alijs faciant: quod sibi ex vsu fiet. Nec amatorium bibere poculum studeant: quod luge plus aloes habet q; mellis. Vale.

**T**eneq; Siluij Picholominei Genesij poetæ laureati: postea p;ij pap; Secundi nuncupati: historia de duobus amantibus feliciter finit: Sub anno dñi. 1492. die quinta mësis Martij Se dente Innocentio Octauo pontifice maximo: Anno eius. viij.

**R**egistrum foliorum.

**I**ncepit  
aliquis

**T**empore  
**E**um nanc

**S**ed arridere  
tum fecere.

**C**apud inferos.



Nº 1184